UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De aza [et] regib[us] israel nadab [et] baasa [et] hela. capitulum. .xxxij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

De aſa ⁊ regib⁹ iſrl': nadab ⁊ baaſa ⁊ bela.
Capl'm. XXXII.

Igitur aſa fecit

rectũ corã dño ſicut dauid pater eī⁹: ⁊ abſtulit effeminatos de terra. ⁊ ſordes idolorꝫ. ⁊ maacham matrẽ ſuã amouit ne eſſet pnceps in ſacris priapi. ⁊ ſubuertit ſpecũ eius. ⁊ ſimulacrũ turpe cõbuſſit in torrẽte cedron: excelſa tamẽ nõ abſtulit. Porro nadab filius ieroboam regnauit ſup iſrl': anno ſecũdo aſa regis iuda. Hic ptꝫ quia ieroboã in pncipio xxij. anni ⁊ regni ſui mortuus ẽ. Hic annus fuit ſecund⁹ regni aſa. ⁊ regnauit ſup iſrl' duob⁹ annis. id ẽ vno anno: ⁊ aliqua parte alteri⁹ anni. Nam pars anni vocat̃ ann⁹ p ſynecdochen: ſicut dicit̃ in euãgelio chriſt⁹ pdicaſſe trib⁹ annis ⁊ dimidio: vbi pars dimidij anni vocat̃ dimidius ann⁹. Sepe etiam fit econtra: vt tota ſumma tẽporis noĩe ptis ſue vocet̃ p ſynecdochen: vt ibi. Noe cũ. d. eſſet annorꝫ genuit ſem. cũ tñ eſſet noe. d. ⁊ duorꝫ annorũ. Hec duplex ſynecdoche plurimũ occurrit ĩ ſequentib⁹. Sꝫ hec dicta ſufficiant. Nadab ỽo ambulauit in vijs pr̃is ſui q̃b⁹ peccare fecit iſrl'. Qui cũ obſideret iebethon vrbẽ philiſtinorꝫ inſidiatus ei baaſa interfecit eum: ⁊ regnauit p eo anno tertio aſa reg̃ iuda. ⁊ pcuſſit oẽm domũ ieroboam iuxta verbum achie ſilonit̃. ⁊ regnauit in therſa. xxiiij. annis: nõ tñ cõpletis. Et erat bellũ inter aſa et baaſa cunctis dieb⁹ eorꝫ. Porro aſa. x. anno regni ſui pcuſſit ſariam regẽ ethiopie plaga grãdi: q̃ irruerat in terrã iuda Et redeũti aſa a victoria occurrit azarias ꝓpheta dicẽs victoriam ſibi a deo ꝯceſſam: q2 legitima eius ſeruabat. Tunc ſcripſit aſa in omnẽ prouinciam vt omnes legitima diligẽter ſeruarẽt. Baaſa ỽo rex iſrael peccauit coraꝫ dño ambulãs in vijs ieroboaꝫ ⁊ vltra: ⁊ venit ad eũ hieu ꝓpha filius anani dicens Hec dĩt domin⁹, ex altaui te d̃ puluere: tu aũt ambulaſti in vijs ieroboam: ⁊ in multis peccare feciſti populũ meũ. ⁊ ideo demetam poſteriora tua: ⁊ faciã domuꝫ tuã ſicut domũ ieroboã. Pro his tñ nõ quieuit baaſa: ſed aſcẽdit ĩ iudã. ⁊ edificauit rama. xl. ſtadijs a hierlm. Cũq3 aſa rex iuda videret ſe artatũ: tollẽs aurũ ⁊ argentũ d̃ domo dñi ⁊ de domo regia miſit illõ p ſuos ſuos ad benedab regẽ ſyrie in damaſco dicẽs. Fedus fuit inter patrẽ meũ ⁊ patrẽ tuuꝫ. ⁊ inter me ⁊ te. Peto vt irritum facias fedus qd̃ habes cuꝫ baaſa vt recedat a me. Et adquieſcẽs benadab miſit exercitũ in ciuitates iſrl'. Qd̃ audiens baaſa intermiſit edificare rama. ⁊ reuerſus ẽ in therſa Rex aũt aſa miſit in oẽm iudã dicẽs Nemo ſit excuſatus. Et tulerũt lapides ⁊ ligna d̃ rama: ⁊ muniuit de eiſdẽ rex aſa gabaa ⁊ maſpha. Et venit ad eũ hieu ꝓpha. vel vt quidã volunt anani pater hieu: arguens eũ q2 relicto dño ſpem poſuerat in regẽ ſyrie: ⁊ miſit euꝫ rex in neruũ ꝓpter qd̃ in tẽpore ſenectut̃ ſue doluit pedes. Et mortu⁹ eſt ⁊ ſepult⁹ in ciuitate dauid. Et regnauit ioſaphat fili⁹ eius p eo. Sub aſa fuit octau⁹ rex latinorꝫ ſiluius capis. Verũtamẽ adhuc eo viuẽte: deſcẽdit ſm quoſdã hieu ꝓpha ad baaſa regem iſrael arguendũ: ⁊ occidit eum baaſa. Mortuus eſt ẽ baaſa ⁊ ſepult⁹ in therſa. Occiſus ẽ aũt vt dĩt ioſephus a creone cõmilitone ſuo. Et regnauit p eo in therſa filius eius hela ãno xxvj. aſa regis iuda Et regnauit ſup iſrl' duobus annis. id eſt anno ⁊ parte anni. Qui cũ recũberet in domo arſa prefecti ſui: percuſſit eũ temulentũ zamri ſeruus ſuus dux medie partis equitũ. Percuſſit q3 oẽm domũ baaſa iuxta verbũ hieu prophete.

Aiunt hebrei aſa cõminuiſſe idolũ ĩ puluerem: ⁊ clam ſparſiſſe in torrentẽ cedron: qd̃ vt palam fieret ex aqua ignis proceſſit domino.

Nota q2 iſte baaſa nõ fuit de genere ieroboam: q2 in regib⁹ iſrael nõ ſemp ſucceſſit filius patri ſed raro. Regnũ ỽo iuda nũq3 exceſſit genus ſuũ: q2 ſemper filius ſucceſſit patri.

De zamri ⁊ amri. Capl'm. XXXIII.

Anno viceſimo

et. vij. aſa reg̃ iuda regñit zamri in therſa ſeptẽ dieb⁹ Porro exercitus iſrl' obſidebat iebethõ. Qui cum audiſſet zamri occidiſſe regẽ ꝯſtituit ſibi regeꝫ amri q̃ erat princeps militie in caſtris anno xxvij. aſa. Aſcendit ergo amri ⁊ oĩs iſrael cũ eo: ⁊ obſidebat therſa. Timens aũt zamri fugit in domũ regiam: ⁊ ſuccẽdit ſe cũ ea. Tunc diuiſus eſt ppl's iſrael. Media pars